



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo instrumentum fieri possit, quo longè audiamus. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

*Quomodo instrumentum fieri possit, quo longè audiatur.*

C A P. V.

**I**N opticis specilla demonstrauimus, quibus satis longè videre poteramus, nunc instrumentum construere tentabimus, quo etiam per multa miliaria audire possumus, & lignum inuestigabimus, vt id rectius & facilis præstet. Ut formam igitur huius instrumenti inuestigemus, oportet auriculas omnium animalium consideremus, quæ perfectissimi auditus sunt. Sanctum est enim in Magiæ naturalis præceptis, quum aliqua noua inuestiganda sunt, Naturam perscrutandam, & imitandam censemus. Ut igitur animalia consideremus, quæ optimi auditus sunt, timida quæramus oportet. Natura enim eorum saluti cauit, vt quæ minus vivibus valerent, saltē auditu præstantia, fuga saluti consulerent, vt cuniculus, lepus, ceruus, asinus, bos, & similia. Hæc animalia aurita sunt, & annos apertas habent versus frontem, & hiatus dirigunt, & quo soni veniunt. Lepori igitur sunt *τριπλασίαι* aures sublimes, ex Polluce: auritum vocat Festus ab aurium magnitudine, & audiendi facultate. Apud Græcos nomē *λαυγάς* ab aurium magnitudine, non enim auget in compositione, sed auris est, & sanè decebat, vt timidum & inerme animal benè auritum esset, quo longius pericula, & insidias perciperet, & matuè sibi consuleret. Auditu quoque acerrimo ita credidere Ægyptij, vt in hieroglyphicis auditum designatur, leporem pingerent. Eadem cuniculi natura, cædemq; aures. Magiæ, hirtæque aures sunt vaccæ, taurum à triginta stadijs vehementissime ad coitum exardescensem audit, mugientem, quasi amatōriam tessaram dantem percipit, ex Æliano. Maiores & longiores sunt etiā ceruo aures, vtpote timido animali. Si auriculas rectas tenet, acerrime sentit, nec latere eum insidiæ possunt, si dimittit, facile interimitur, ex Aristotele, ex quo Plinius. Quum erexere aures, acerrimi auditus, quum remisere, timidi. Et ne cætera animalia vagemur, quæ aures amplas, arrectas, & apertas habent, dicimus (quæ eiusmodi aures habent, & quum eminus-

audire volunt, surrigunt, & versus eam partē dirigunt) perfectissimū auditum habere. Videbimus nunc à contraria causa, quæ parvas habent aures, & obscuras, obtusioris esse auditus. Magnā pīscium pars autibūs caret, & qui solos meatus habent, & sine auriculis, sensu hoc audiendi hebetiori esse necesse est, sunt enim auriculæ à natura constructæ, ut veluti per eas in aures infundentur soni. Cuius rei Adrianus Romanorum Consul testis est locupletissimus, qui quum sensum hūc lāsum haberet, manus cauas, quo facilius audiret, à posterioribus ad anteriora spectantes auribus obtendebat. Et Aristoteles dixit, equos, asinos, canes, & reliqua animalia, quæ magnas habent aures, eas semper circumagere, & vertere ad sonos, vocesq; percipiendas, partium earum r̄sum à Natura edocta. Eos etiam, quibus abscessæ sunt auriculæ, minus audire experimur. Forma igitur instrumenti auditus oportet sit ampla, & concava, & aperta, & intus cochleata, duplice de causa. Prima si soni intus recte ferrentur, oblaederent sensum, secunda quia per cochleam circumferuntur, & allisa vox per aurium anfractus, multiplicatur, ut de echo videmus. Argumentum rei esse potest cochlea marina illa, quæ auribus admota, strepitum quandam leuem efficit. Reliquum est ex qua materia fieri debeat dicamus. Ego ex foraminulenta lignis dicere im, nam foramina vndiq;, poriq; pertinunt, & aere repleti, & leui quoq; istu resonant, & inter foraminulenta ligna hederæ est, & præcipue similax, argumento, quod vas ex hedera tornatum, foris aquam extillat, ut diximus. Ob id Plinius de similace loquens ait. Proprietum materiæ est, vt admirata auribus, leuem sonum reddat. Et alibi: Similacis lignū ad aurem sonare diximus. Accommodetur igitur instrumentū, vt commode auribus indatur, vt specilla oculis.

Quomodo quibusdam imposturi pondus rebus augeri possint. CAP. VI.

Olo  
ALIAS hiç congesimus imposturas, vt qui cum impijs hominibus negotia habet, ab eorum fraudibus sibi præcauere possint. Videlices